



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1572 usque ad annum 1581

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118642**

§. 56. Continuatum sancti Caroli studium pestiferis succurrendi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67232](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67232)

quidam Mediolanensis Dux olim pro pestiferis erigi curabat; ibidem ergo Sanctus Borromaeus infirmorum, qui tam sacro, quam profano auxilio destituti ingemiscebant, calamitates deplorans ad suæ Diæcesis valles Helvetiorum Dominio subjectas quosdam ablegabat, ut ex hisce locis nonnulli Ecclesiastici prohibitate insignes, necnon alii Viri charitate ferventes submitterentur, qui fratribus suis pietatis opera impendere vellet: præterea ipsos quoque Religiosos implorabat: ne vero eorum Superiores piis illorum operibus, ac zelo sese opponerent, etiam a Pontifice facultatem impetrabat, quatenus eorum ministerio absque horum Superiorum consensu utilitas posset.

Sæcul.XVI.  
A.C.1576.

### §. LVI.

#### *Continuatum Sandri Caroli studium pestiferis succurrendi.*

Insuper summus Pontifex, ut omnes Giuffano c.  
fideles ad opem suis fratribus in ex- 3. p. 295.  
trema hac necessitate constitutis feren-  
dam accenderet, tam efficax diploma  
edidit, ut illud Sanctus Cardinalis ty-  
pis imprimi, illique libro inseri jusserit,  
quem in hac occasione divulgabat, una-  
cum epistola Sancti Dionysii Alexandri-  
ni ab Eusebio Cæsariensi relata, in qua  
sanctus hic Præful referebat præclara-

Sæcul. XVI.  
A.C. 1576.

charitatis officia, quæ Christiani illa ætate cunctis morbo contagioso afflictis reddebat. Huic epistolæ Sanctus Carolus divi Cypriani sermonem ad suum gregem pestis tempore habitum adjunxit, præter alia quædam Patrum opera, quæ ad præsentem temporis vicissitudinem congrua erant, ac ipse ad excitandam fidelium charitatem magis opportuna censebat.

Porro cum ex morbi violentia pauperum numerus indies cresceret, atque miseria ubique maxima cerneretur, tenerum sancti Archiepiscopi cor commiserationis vehementiæ haud amplius resistendo par erat, quapropter omnia, quæ habebat, vasa argentea ad monetariam mittebat officinam, ut exinde nummi in horum pauperum levamen erogandi cuderentur: cum autem ea, quæ solus præstare poterat, ad tollendas, quas innumerus ferme populus patiebatur, miseras haud sufficerent, hinc in urbe, tota Provincia, & vicinis ditionibus eleemosynas colligi jussit: unde hujus sancti Cardinalis exemplo, ac monitis quamplurimi tum Clericum Laici ad rara charitatis specimina excitabantur, adeo, ut horum nonnulli eleemosynis, alii autem suo ministerio infirmis opem ferre certarent: insuper charitas, quæ sane ingeniosa erat, san-

cto

i illa  
fflictis  
s Ca-  
suun  
djun-  
ope-  
vici-  
d ex  
nagi  
  
pau-  
atqu  
, t-  
mni-  
plius  
nia,  
one-  
inde  
men  
n ea-  
ller-  
ulus  
ent,  
vici-  
usit:  
plo,  
rici  
min-  
nulli  
eno  
per  
an-  
cto

sto Carolo media suggesserat, quibus ex sua etiam suppelletili pauperes infirmos hyemis tempore vestiendi opportunitatem nanciscebatur, quippe omnia, quæ in suo palatio supererant, aulæa, tapetes, linteamina, portarum cortinas, detritas vestes, & lectorum peristromata in frusta discindi, ac copiose pannos coemi jussit, quos illis, qui in valetudinario erant, subministrabat, nil veritus, ne ob pauperum amorem ære alieno se se gravaret, cum potius semet ipsum, si posset, vendere paratissimus esset, ut hac in re imitaretur exemplum sancti Paulini Nolani, qui idem fecisse legitur.

Sæcul.XVI.  
A.C.1576.

§. LVII.

*Sanctus Carolus pænitentis habitu in publicis supplicationibus a se decre- tis incedens.*

Morbi violentia omnem, quamcunque *Gloss. c. 4.*

Sanctus Carolus ad præpediendos illius progressus impendit, diligentiam eludebat, ac indies magis, magisque ingravescebat: quapropter Sanctus Carolus cum Deum populo suo vehementer iratum probe intelligeret, illius vindictam publicis pænitentiæ, contritiique animi exercitiis placare satagebat, hancque in rem solemnies decernebat suppli- cationes, quamvis vero Magistratus ei-

X 5

dem